

## Problemata Aristotelis

Omnes homines naturaliter scire desiderant  
 ut scribit Aristoteles princeps philosopho-  
 rum primo metaphysice. Cuius causa po-  
 test reddi talis. quia omne ens naturaliter  
 appetit suam perfectionem. et similiter cona-  
 tur se associare primo enti diuino et immor-  
 tali in quantum potest. sed quia scientia est de perfectione intelle-  
 ctus. ergo omnes homines naturaliter scire desiderant. Rursus  
 et alia ratio est. nam quodcumque ens naturaliter appetit bonum  
 ut se conseruari possit in reum natura. sed quia omnis noti-  
 cia scientifica est de numero bonorum honorabilium. ut patet  
 primo de anima. ergo naturaliter omnis homo desiderat sci-  
 re. et ex consequenti omnis scientia in quantum intellectui huma-  
 no est possibilis est appetenda. Quamuis igitur quelibet sci-  
 entia sit perscrutanda. magis tamen illa que est nobilior et  
 communior alijs scientijs. Sed quia physica scientia confert  
 maximas delectationes. ut patet decimo ethicorum. ergo pro  
 ceteris scientijs philosophica diligentius est inquirenda. Etiam  
 propter alias causas: nam presens scientia est similis scientie  
 philice. quia ipsa clarificat animam. ipsa facit delectari in hoc  
 seculo. ut dicit Aristoteles in libro de pomo et morte. qui etiam  
 in tantum clarificat hominem. ut ipsum primo enti diuino et  
 immortalis assimilari laborat. teste Seneca in epistola. in ta-  
 lia prorumpens verba. Hoc mihi philosophia promittit ut  
 summopere me deo parem reddat. Libet igitur de animalibus  
 corporalibus. presertim de corpore humano ex pluribus  
 artificialibus codicibus problemata colligere. Et est primum  
 tale.

Queritur quare inter omnia animalia homo habet faciem  
 versus celum eleuatam. Respondetur multipliciter. Primo  
 quod est ex voluntate ipsius creatoris. Et quis illa responsio sit  
 vera non tamen videtur valida in proposito. quia sic facile est  
 omnia soluere. Secundo respondetur quod omnis artifex opus  
 suum primum communiter facit deterius. et post hoc opus su-  
 um secundum facit melius. et sic deus creauit bruta animalia pri-  
 a q